Kostro Filio Donauit

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan[eali]bus Branscen[sibus] personaliter comparens Nobilis Josephus olim Math[ia]e Kostro de Kostry Litwa Noszki et Poszele haeres sanus mente et corpore exn[isten]s publice et libere recognouit. Quia Nobili Alberto Kostro filio suo Legitimo medietatem totam et integram omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium in haereditate Kostry Noszki Lytwa et Poszele consisten[tium] in areis hortis agris pratis campis syluis borris rubetis aedificijs omnibus paruis et magnis totaq[ue] substantia et supellectili domestica cum subditis Laboriosis Gregorio Kozik et Casimiro Szewc eorumq[ue] gazis fundis hortis dierum laboribus et cuncta obedientia ac substantia omniq[ue] iure suo ac titulo haereditario ac omnibus vtilitatibus fructibus prouentibus redditibus attinen[tibus] et pertinen[tibus] ad medietatem bonorum quouis modo se referen[tibus] nullis exceptis sed prout praefatorum bonorum medietas se in suis metis et limitibus habet et extendit pura mera sincera et irreuocabili donatione dedit donauit ac irreuocabiliter resignauit perpetuis temporibus. Cui iam exnunc Intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per Min[iste]rium et Nobiles duos officiose acceptandam dat et admittit. Personali sua recognitione in praemissis mediante.

Grochowski Demissio

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens Nobilis Petrus olim Stanislai Kamienski sanus mente et corpore exn[isten]s palam publice et libere recognouit. Quia Nobili Josepho filio Nobilis Joannis Holonka Grochowski et ipsius posteris obligationem suam terrae immobilis in haereditate Osse antiqua Gasowka sit[am] principaliter per N[obi]lem Gregorium et Nicolai Gasowski Nobili Martino Gasowski fratri suo in summa triginta sex floren[orum] polon[icalium] coram Actis praesentibus feria secunda post festum Sancti Michaelis Archangeli in Anno Mill[esi]mo Sexcent[esi]mo Quadragesimo septimo prox[im]e transacto inscript[am] tandem sibi recognoscenti per N[obi]lem Martinum Gasowski in summa triginti sexagenarum polon[icalium] coram Actis Terrestribus Drohiczinensibus fer[ia] secunda post festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli in Anno Mill[esi]mo Sexcentesimo Quadrag[esi]mo Octauo prox[im]e p[rae]t[eri]to demiss[am] cum omnimoda potestate euismodi Inscriptionis demissoriae et originalis ac omnibus contentis accepta pro praemissis sufficienti satisfactione demittit omneq[ue] et integrum ius suum sibi ad praemissa seruiens in personam suis et ips[ius] successorum plenarie transfert et transfundit. Intromissionem illi exnunc realem per M[inisteriu]m et N[obi]les duos officiose acceptan[dam] admittendo.